Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38192
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



16

Et subnectit apostolus dicens,
Domui suae bene praeesse filios habentem subditos cum omni castitate;
Domui suae bene praeesse potest qui corpori suo seruauerit castitatem;
Domui suae; hoc est corpori suo iure dominatur; qui semetipsum non obseruauerit nec subdatur concupiscentiis eius; Ne luxoriae deditus in praecipitio demergatur; sed potius filios suos suo castitatis exemplo ad pudicitiae regulam doceat, Unde sequitur,
Nam si quis domui suae praeesse nescit; quomodo ecclesiae dei diligentiam habebit?
Hoc est enim quod superius diximus; qui corde suo domum excolere nouit; quomodo plurimorum diligentiam adhibebit;